FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Theses Physicae De Anima. Qvas, In celeberrima Heidelbergensi Academia publicè disputandas proponit M. Iohan. Krey, Verbi Divini Minister. ...

Krey, Johann

Heidelbergae, 1590

VD16 ZV 31096

THESIS PRIMA.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148694

Visual Library

THESIS PRIMA.

PRopositvm eſt nobis modeſtam de anima συζήτησιν inſtituere : quia tum vtiliſſima : tum etiam iucundiſſima, eſt quæſtio.

II.

Hinc veteres Philoſophi licet veritatis viam in omnibus ſequi non potuerint : tamen diligentiſſimè hac de re cogitârunt.

III.

Inter veteres tamen Philoſophos, nullus rectius & perfectius de anima ſcripſit quàm Ariſtoteles.

IV.

Secundum hunc ergo anima eſt actus primus, corporis phyſici organici vitam habentis potentia.

V.

Animam ſi potentiæ & gradus ſpectantur λογικὴν καὶ ἄλογον dicimus. Hæc in brutis & plantis etiam exiſtit: Illa propria ſolius hominis, quod ex operationibus, manifeſtum eſt.

VI.

Anima λογικὴ de qua nos hoc loco agemus, eſt ſubſtantia ſpiritualis, immortalis, intelligens, quæ cum corpore arctiſſimè connexa, vnum cum eo ὑφιστάμενον conſtituit:

VII.

Hęc definitio nobis explicanda eſt: ac tum eſſentia tum δυνάμεις ſiue facultates præcipuæ perpendendæ.

VIII.

Primum itaque anima non accidens, ſed οὐσία eſt per ſe ſubſiſtens, etiam à corpore ſeparata.

IX.

Hæc οὐσία non vnica eſt, totius mundi: ſed multiplicata & cuique indiuiduo ſua datur, non tamen per μετεμψύχωσιν.

X.

Eſt quoque eſſentia ſpiritualis non elementatis vel ex ijs conflata.

XI.

Falſa itaque eorum philoſophorum eſt ſententia animam hominis craſin vel ignem vel rem corpoream eſſe exiſtimârunt.

XII.

Neque tamen θεὸς eſt, vel pars diuinæ eſſentiæ, vel ex illa decerpta ſed eſſentia ab illa ſeparata toto genere: quod eſt à ſe & æternum & immenſum eſſe.

XIII.

Immortalis ita eſt, vt licet initium habeat: finem tamen nullum habitura ſed in æternũ permãſura ſit.

XIIII.

Atque hæc clariſſimi philoſophi Ariſtotelis ſententia fuit quam & de teſtimoniis euidentiſſimis & rationibus teſtatam reliquit.

XV.

Imprudenter igitur ac malè à multis cõtrariæ ſententiæ inſimulatur, quaſi animæ interitum aſſeruiſſet.

XVI.

Liquet etiam hinc animam ex traduce ſeu materiæ potentia originem minimè trahere: Si quidem ſpiritualis & immortalis eſt.

XVII.

Sequeretur enim animã mortalem eſſe ſi aut traduceretur aut diuideretur: neque vllus modus traductionis monſtrari poteſt.

XVIII.

Cæterum facultates animæ duas numeramus: intellectum & voluntatem falſam & impiam eorum opinionem exiſtimantes, qui τῇ οὐσίᾳ intellectum ab anima ſeparârunt.

XIX,

Intellectus eſt facultas animæ, qua res vniuerſas quantum homini conceſſum eſt, cognoſcimus.

XX.

Obiectum eius eſt τὸ νοητὸν idque vel ſimplex vel materiatum vt ſunt eſſentiæ ſimplices vel cõpoſitæ.

XXI.

Intellectus porro vnicus eſt, ratione tamen operationis obiecti & finis variè diuiditur. In agentem & patientem in ſimplicem & compoſitum: in πρακτικὸν & θεωρητικὸν & ita deinceps.

XXII.

Voluntas eſt facultas animæ quæ obiecta ab intel-

lectu

lectu monſtrata proprio & ſpontaneo motu eligit vel repudiat.

XXIII.

Obiectum eius tam latè patet quam res ipſæ quæ ſub electionem vel eius contrarium cadunt.

XXIIII.

Atque hæc de anima quæ non tanquam nauclerus naui aſſiſtit, aut præter curiæ: ſed forma corporis eſt quæ vnum ὑφιςάμενον cum eo conſtituit.

FINIS.